



Venezuela cum parte Australi Novae Andalusiae.

<https://hdl.handle.net/1874/430097>




V E N E Z V E L A, &c.

Margaritarum capturam mare concidunt: ad quam rem Æthiopum, aut Nigrorum opera utuntur, quos huc à Capite Viridi, Guinea & Angola ex Africa transvectant, quos ipsos ibi pre-
cio emunt, ac mox urinandi artem docent. In insulam Hispanos ultro recepere Indi, ac mar-
garitarum thesauros, apud suos nullo in pretio, aperuere; quam ob causam Rex omnes liberos
pronunciavit, proque amicis suis & sociis agnovit, ipsis vice versa Hispanis addictissimi. Hodie,
cum margaritarum piscatio defecerit prorsus, etiam insula negligitur.

Cinnam.

Ipsa novæ Andalusia continens initium capit à promontorio *C. de Salinas*, extenditurq; ad cuspidem *P. d' Araya*, ubi celeberrimæ quoque sunt salinæ. Lacus hic reperitur non longe à littore, falsus, plenusque salis, Belgis nostris notissimus. regio vicina cervos, hinnulos, lepores, cuniculosque gignit, etiam noxia animalia, angues, tygridesque. Præcipua ejus provincia *Cumana* est, è regione Insulæ Margaritæ posita, plena animalium, quæ Indi *Caimannes*, Hispani *Lagartos* vocant, plane similia iis Crocodilis, quos Nilus alit. Supra Cumanam sinus se in terras insinuat, vulgo *Golfo de Cariaco*, cuius undique ripa habitata fuit à Barbaris, nude incedentibus. Hi ad bellum profecturi pallio se tegebant, pulcherrimisque avium plumis caput exornabant. Festis diebus totum corpus viscoso glutine inungunt, eique elegantioris formæ plumas applicant. Supra auriculas tondebantur. mento evellebant barbam. In precio maxime habebant dentes nigros, quos herbam masticando tales esse faciebant. Virgines prorsus nudæ prodibant, nec sacrum illis virginitatis nomen. Suras amant torosas, ideoque, ut extumescant, fasciis infra poplitem arctius pedes stringunt. Vxores femoralia induunt, & pudice satis vitam transfigunt, cum in viri potestate sit ab adultera pœnas reposcere. Penes Dominos potestas est plures alendi uxores, quas quoties hospitibus gratificari volunt, iis usurarias concedunt. Feminæ saltandi, nataudi, jaculandi peritissimæ sunt, de partus doloribus non valde conqueruntur. Infantibus caput pulvinaribus ex goffypio obligant, ut graciles ipsis crescant genæ, nec turgeant.



V E N E Z V E L A, &c. V E N E Z V E L A &c.

V E N E Z U E L A , &c.
Ad eundem lacum , & aliud municipium assidet , quod vulgo Lagunam vocant , commerciis
cum viciniis provinciis opportunum . Anno 1559 colonos accepit Truxillo , duce *Diego Garcia*
de Paredes.

Huic Præfecturæ plus quam 10000 Indi tributum pendunt, iis exclusis, qui decimum octavum annum nondum excesserunt, tum & iis, qui quinquagesimum excesserunt. Vnice enim hoc cavet Indicarum rerum Camera, ne ab his per universum novum orbem tributa exigantur. Accrescente vero ac decrescente hominum indies multitudine, certus tributariorum numerus definiri non potest.

Lacus de Maracaybo aquas habet dulces , & ab ipsa navium statione in mediterranea loca ad *Lacus.*
leucas excurrit 40. Latitudinem habet 10 leucarum , ambitum 80 , multis passim in ripa insi-
gnitus pagis. Vbi terminatur, fluvius in illum desinit è novo Regno Granatensi ortus, per quem,
uti & per lacum ipsum , merces in novam Castellam aliosq; tractus devehuntur. In quibusdam
hujus lacus partibus nulla circumcirca appetet terræ ripa. Alia in illum exonerantur flumina
majora, ipse in mare excurrit , ostiumque habet latitudinis semileucæ, in quo rupes est edita.

Promontoria , portus, cuspides hujus Præfecturæ , necnon Insulæ jam inde à Maracapana *Promontoria, in-*
sunt; *La Vrchila*, Insula è regione fluminis Oynare sita , qui piscofissimus est , præter aliam *Roca de sulæ, fluvii.*
los Isleos: hinc promontorium *de Cordera*, & portus *Fleschado*, necnon *Sardinas*, & ex opposito insu-
la *de Aves*: ulterius portus *Burburata*, ubi salinæ sunt , sedesque Hispanorum. At versus interiora
sex à mari leucis lacus est *Tocarigua* , dulces aquas sufficiens. Sequitur ad littus *Golfo Triſte* , & è re-
gione insula *Bonayre* : porro cuspis *Seca*, & ex adverso insula *Curacao* , ad cuius latus Boreale navi-
bus optima propter maris altitudinem statio est. In hac tanta est pecorum copia, ut ex solis exu-
viis lucrum quærant indigenæ. Paulo ulterius versus Occidentem Curacaute jacet, ex opposito
cabo S. Roman; inde insula *Aruba*. Atque hæ quidem tres insulæ Curacao, Bonayre, Aruba, ab
Indis habitatæ sunt, qui Christianam amplexi sunt religionem, adeoque ingenio, animique do-
tibus valent.

Promontorium S. Roman 20 leucis in mare excurrit, peninsulæ forma. solum planum, in cuius fere medio mons exsurgit, longius à littore spectabilis. Post hoc ostium se pandit Sinus Venezuela, & fluvius Mitare, & tres insulæ los Monges, quarum una montem habet. Hinc Cabo de Coquiboco, ubi solum stateræ usus ac probandi auri ars observatur. Sequitur Baja honda & del Portete, & postremo Cabo de Vela, altit. grad. 12, & 18 à fluvio de la Hacha leucis.

Decreverant hic loci Germani anno 1536 civitatem ædificare, verum cum deprehendissent solum omne planum esse, nec ullis montibus assurgere, aridum, infrugiferumque, fluviorum adhæc expers, nec incolas mayzo vesci, verum sola venatione ac pīłcatione sibi victum quæritare, ac panis loco seminibus herbæ cujusdam agrestis uti, à cœpto destiterunt. Sub ipso tamen promontorio navium statio est commoda fidaque, vado arenoso.

Fluvius de la Hacha Venezuelam inter & S. Martham labitur, in eo nulla deprehenduntur auri vestigia. Regunt urbem praetores subordinati Hispaniolæ; in spiritualibus subditi Episcopatui S. Marthæ. Situs est locus mille à mari passibus, in colle humili. Portus Boream versus patet. Solum fertilissimum est, eosdemque quos Castella fructus profert. Multas habet tygres, culices, flumina crocodilis scatent. Auro & gemmis preciosis abundat, quæ peculiari facultate, coli, renum, lienis affectus, uti & diarrhæam sanant. Salinas insuper habet.

Nova Andaluzia Venezuelæ contermina est ad Ortum: dicitur & *Paria*; vasta regio est, nec-*Nova Andalu-*
dum satis cognita, sub qua amplissimum flumen, quod vulgo dicunt *Oronoque*, comprehenditur.
In hac provincia jacet *Cumana*, exiguum oppidum, ad sinum maris, qui Arayam provinciam
dividit. E regione hujus oppidi sunt celeberrimæ illæ salinæ, quæ cum multis annis omnibus
nationibus, & præsertim nostris ratibus patuissent, superioribus demum annis à Rege Hispania-
rum valida arce faucibus illarum apposita, velut occlusæ fuerunt. Porro ad ripam fluminis *Oro-
noque*, quod quam plurimis alveis in Oceanum evolvitur, ex adverso insulæ *Trinitatis*, unum &
invalidum oppidum incolunt Hispani, quod vocant S. Thomæ, quod superioribus annis ab An-
glis direptum, duci illorum Waltero Ralegho fortissimo equiti exitum maturavit. Ab hoc loco
magno dispendio & multorum exitio hactenus frustra Hispani sibi aditum parare conati sunt
ad illam tantopere celebratam Gujanam, sive *Dorado*. Littori objacent ex adverso insulæ com-
plures, quarum præcipua est *Margarita*, quam primum detexit Christophorus Columbus anno
1498. longa est leucas 15, lata 6, amoenissima & virescens ubique, incolis referta, sex septemve
à continente leucis. Inter hanc & insulam duæ aliæ interjacent minores insulæ, *Cubagua*, & *Coché*.
At Margarita ab arborum multitudine, pascuis, proventu mayzi, aliisque fructibus commen-
datur. Duo habet Hispanorum oppida, unum in ipso maris littore prope arcem, in qua residet
Gubernator, alterum duabus à littore leucis, portum ad Boreale latus commodum satis ape-
riens. Ad latus Orientale syrtes insulæque minores jacent, *Los Testigos* dictæ. Testantur nostri
insulam hanc situ esse editiore, & ab utraque parte montosam; interiora vix alendis incolis suf-
ficere. pescatio circa insulam felix est, unde maxime visitant. Multi hic celoces sunt, quibus ad

America,

G Margarita-